



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Varij & diuturni dolores Lessij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Virag, tibia noxio isto humore, instar sanguinis rubebat; ac interstibatur; quotidie nona enascente scabie; qua in furfures pelli adherentes decoquebatur. Hinc calor ingens existebat, à quo acerbissimus pruritus incendebatur, qui non prius sedari poterat, quām furfures isti detererentur; quia tantā copiā à tibijs absistebant, ut si omnes in unum collecti essent, benē magno vase non concluderentur. Varia medicorum ingenia acriter & decertārunt & desudārunt, ut malo huic remedium apponenterent. Alij ea prescribebant, quibus lues Venerea abigitur: sed ea castissimus Lessius constanter semper recusauit. Alij cauterium inuisiere, quod igne malo brachium affecit: & sanè resecari coēgisset, nisi artis sua peritissimus chirurgus, extinto incendio, carni vigorem restituisset. Alij tamen iterum cauterium aperiūre; quod propter humores salbos ac biliosos, vix ad tertium diem perferri potuit. Nihil planè erat, quod malo isti medicinam adferre, aut posset tibijs expellere; è quibus, velut ex arce aliqua, seu receptatrice solunca, uniuerso corpori bellum inferebatur. Frustra sectiones, malagmatæ, emplastræ, unguenta, herba, lotiones, affrictus. Per aëris intemperiens & qualitatum antiperistasis, siebat frequenter, ut aculei, quasi spinea sagitta minimè tolerabiles essent. Quadraginta ferè annos in tortura illa exegerat, cùm sub Natale Christi Anno 1616. malo suo nimium quantum ferocienti propemodum succumbens, ad diuinam opem, quia humana omnia deficiebant, confugit; cùm è calo (ut ipse aiebat) mens illi inicitur, ut è canina pelle tibialia induceret, quibus illo ipso anno, cùm in itinere Romano alteram tibiam everso curru, fregisset (ut infra) Romani Medici eum uti praeceperant: fieri enim posse, secum reputabat, ut canina pello frigus, tibiarum calorem temperaret. Et emirandum natura portentum! vix pelles illa pedibus inhalerant, cùm calor imminuit, & pruritus mitigatur, ac deinceps hac medendi ratione, malum illud tolerari potuit, quamvis non sanari. Vnde jucundè Lessius, & in diuinam prouidentiam Religiosè, dicere solebat, profuisse sibi, tibiam frangere; Denique ex paruo malo, bonum magnū eduxisse: tibiarum enim pruritum usq; adeò magnum malum fuisse, ut minus detrimenti ab veroq; pede constiacto, quam à pruritu illo accipere se posse existimaret. Ita diuinæ prouidentiæ judicia, etiam in contracto pede, agnouit Lessius, atque in ipso malo suo bonum inuenit.

Qq 3

Sed